

P. A. Saccardo - *Corpus* (N. Linn. bot  
ital)

Novae species italica ex genere Ophrydium.  
(Reperit atque descripsit P. A. Saccardo.)

Tam anno MDCCCLXVI sub fine maii, cum  
colles tarvisinos peragrarem qui sunt non longe  
ab urbe Coneliani et prope castrum S.  
Salvatoris, <sup>amoenissimo in loco / la Tombola / ditto</sup> mihi ignota species ex genere  
Ophrydium occurrit, quam tunc ex vivo  
descriptam atque adumbratam, nunc, data  
opportunitate, botanicis utpote novam pro-  
pono.

Ophrys integra Sacc.

Labello ovato v. subrotundo in apicem breviter acu-  
minato, indiviso, exappendiculato, disco mar-  
gineque plano, linea verticali media glabro,  
lateralibus velutino; laciniis perianthii internis  
a basi rotundata anguste lanciolatis, pube-  
scentibus.

Hab. in colle la Tombola in herbosis, ubi  
sub exitu maii MDCCCLXVI legi nonnulla  
specimina florentia, promissive cum Ophry-  
de apifera et O. Bertolonii.

Descr. Tubercidia ovata v. subglobosa, fibris  
paucis intermixtis. Caulis subteres v.  
obsolete angulatus, crassiusculus, 30-40  
cent. longus, a basi ad medium 4-5  
foliis vestitus. Folia oblongo-lanceolata,  
superiora sensim minora, acutiora, remo-  
tiora. Flores pauci (3-5), remote spi-  
cati, majusculi, bracteati. Bracteae lan-  
ceolatae, acutae, canaliculatae, virid<sup>2</sup>,  
inferior florem superans, ceterae vix  
eum equantes. Lacinae perianthii ex-  
ternae patulae, obovatae, obtusiusculae,  
concaevae, rosae, nervo medio crassiuscu-  
lo viridi, lateralibus debilibus. Lacini<sup>2</sup>  
perianthii interna a basi rotundata an-  
guste lanceolatae, obtusiusculae, exter-  
ius plus dimidio breviores, viridulae <sup>intus marginem</sup> <sub>pur<sup>2</sup></sub>  
bescentes. Labellum dependens ovatum  
v. subrotundum in apicem abrupte, breviter,  
obtuseque acuminatum, viridifum, exap-  
pendiculatum, disco margineque planum,  
linea verticali media glabra rosea utrin-  
4

que viridula notatum, lateribus pallide castaneum, holosericeum. Gynostemii rostrum longiusculum, flexuosum. Massae pollinae flavo-citrinae longae, caudiculo suffultae. Ovarium obtuse hexagonum, capsula erecta, grandis.

Obs. Ob habitum totiusque plantae characteres, praeter floris labellum, species haec tam arcte accedit ad Ophrydeum apiferum Huds., ut, nisi illius plura specimina reperissem, forte tanquam ~~foeculosa~~<sup>lusum</sup> abnormem Oph. apiferum habuissem, eoque magis quod ~~foeculosa~~ habeatur ejusdem var. purpurata (Tausch) a Reichenbachio fil. in Icon. fl. Germ. Cent. 13-14 tab. 113 f. IV delineata, quae, quoad formam labelli obsolete trilobi et planiusculi ~~intermedia~~ videtur inter nostram et Oph. apiferum. Sed nostra caractere tam insigni labelli proressu indivisi planisque oruata, bonam speciem jure meritoque constituet donec observationes ulteriores contraria doceant.

~~Utriusque~~

~~Ophrydium integrum~~ dixi ob labellum flo-  
ris ~~indivisum~~ integrum et indivisum.

Patawii ~~III~~ Kal. Novemb. MDCCCLXX.